

21

quod dī est. & quod filius dī. scire etiam quomodo est. quod imago est. qđ uerbum.
quod sapientia. qđ ueritas. quod lux. quod uita. quod uirtus. quod uapor. quod
ΑΠΟΡΡΟΙΑ. a porro ea qđ splendor / quod creator est. quod rex quod caput. quod
lex. qđ uia. quod ostium / qđ fundamentum. quod petra. quod margarita. qđ pax.
quod iustitia. quod scīficatio / qđ redemptio. quod homo. quod seruus. qđ pastor.
quod agnus. quod sacerdos. qđ ostia. quod primogenitus omnis creature / quod
primogenitus ex mortuis. quod resurrectio; Quis audeat antequā horū omniū
nominum reipsa & opere participes fiat. antequā in his singulis in semet ipsa &
ea explendo communicet xp̄o. ac participes eius in his singulis fiat. antequā uacet
& discat loqui sapientiā dī. in mysterio absconditam / antequam factus uir des
truat quae sunt paruuli & adnumeretur. iam in numero israhelitico atq; in ex
ercito dn̄i / antequā possit tollere crucem xp̄i / & sequi eum ac perdere animam
suam propter eū. ut inueniat eam in uitam aeternam. & efficiatur in plenitudi
nem xp̄i; quomodo potest audere quis accedere ad magisterii gradum & docere
ea quae in semet ipso nondum sentit impleta; Dicebam apud me met ipsum. nauigent
alii & ingentium lucrorum spe subeant marina discrimina / mihi grati
us est supra solidam terram stanti exigui cespites sulcis herbam frumenti requi
rere. & in egenis rebus tenuem uitam ducere / quam peregrinas diuitias in
fluctuum periculis quaerere; fortioribus quidem & potentibus damnum est.
non officia administrare maiora / neq; erga plurimos exercere uirtutem /
sed in paruis rebus & modicis coartari; uelut si quis ingenti luminis lampade
locum parui conclaues inluminet / aut arma potentia & uirilia exiguo uel
corpori & puerilibus membris inserere; paruis autē totius est paruum
onus & non supra uires leuare / ne uel diri sui fiant simul & periculum subeant /
sicut ne turrem quidem edificare conuenit alii / nisi ei cui in pense quoq; perfici
endi prestos sunt; haec est apologia & excusatio fugae meae. & haec causae sunt
quae me a uobis o frs̄ & amici carissimi separauerant uel abstraxerant / tales
namq; tunc me cogitationes ut longius abscederem perurguebant; Reuoca
uit autē me primo quidem desiderium uestri. & magis illud quo desidera
bar. quam quod ego desiderabam; Nihil enim tam ualidū est ad dilectionem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0045